BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Seite 3v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



superbum et excelsum. et super omnem
arrogantem et humiliabitur et super
omnes cedros lybani sublimes et
erectas et super omnes quercus ba
san. et super omnes montes et colles ele
uatos. et super omnem terram excelsam
et super omnem murum munitum. et su
per omnes naues tharsis. et super omne
quod uisu pulchrum est. Et inc
uabitur omnis sublimitas homi
num. et humiliabitur altitudo uiror
et eleuabitur dominus solus in die
illa. et ydola penitus conuertentur.
et introibunt in speluncas petrarum
et in uorasines terre a facie domini.
fortitudinis. et a gloria maiestatis eius
cum surrexerit percutere terram. In die
illa proiciet homo argenti sui ydo
la. et simulachra argenti et auri sui
que fecerat sibi ut adoraret talpas
et uespertiliones. et ingredietur fis
suras petrarum et cauernas saxorum
a facie fortitudinis domini. et a gloria
maiestatis eius cum surrexerit percu
tere terram. Quiescite ergo ab homi
ne cuius spiritus est in naribus eius
quia excelsus reputatus est ipse.

III

Ecce enim
dominator dominus exer
cituum auferet ab ierusa
lem et ab iuda validum et fortem et
omne robur panis et omne robur
aque. et fortem et uirum bellatorem
et iudicem et propheta et ariolum.
et senem principem super quinquaginta
et honorabilem uultu et consiliari
um. et sapientem de architectis et pru
dentem eloquii mistici. et dabo pue
ros principes eorum. et effeminati
dominabuntur eis. et corruet populus
uir ad uirum. unusquisque ad prox
imum suum. Tumultuabitur puer
contra senem. et ignobilis contra nobi
lem. Apprehendet enim uir fratrem suum
domesticum patris sui. et dicet. Ves
timentum tibi est. princeps esto uester
Ruina autem hec sub manu tua.
Respondebitque in die illa dicens. Non
sum medicus. et in domo mea non
est panis neque uestimentum. Noli
te me constituere principem populi
Ruit enim ihrlm et iuda concidit.
quia lingua eorum in adiuuentio
nibus eorum contra dominum. ut prouo
carent oculos maiestatis eius. Ag
nicio uultus eorum respondebit eis.
et peccatum suum quasi sodoma predicaue
runt nec absconderunt. Ue ani
me eorum quoniam reddita sunt eis ma
la. Dicite iusto. quoniam bonus est. quoniam
fructum adinuentionum suarum come
det. Ue impio ad malum. retributio
enim manuum eius fiet ei. Populum
meum exactores sui exspoliauerunt
et mulieres dominate sunt eis.
Popule meus qui beatum te di
cunt ipsi te decipiunt. et uiam gres
suum tuorum dissipant. Stat ad
iudicandum dominus. et stat adiu
dicandos populos. Dominus adiudi
candum ueniet cum senioribus po
puli sui. et principibus eius. Vos enim
depasti estis uineam meam. et rapi
na pauperis in domo uestra. Quare
atteritis populum meum. et facies pau
perum commolitis. dicit dominus deus.